FLORA.

№ 20.

Regensburg. Ausgegeben den 27. Juli. **1863.**

Inhalt. W. Nylander: Lichenes quidam scandinavici novi. — Circa germinationem Agarici campestris L. — J. v. Czihak und J. Szabo: Heil- und Nahrungsmittel, Farbstoffe, Nutz- und Hausgeräthe, welche die Ostromanen — Moldauer und Walachen — aus dem Pflanzenreiche gewinnen. — Botanische Notizen. — Personalnachrichten. — Anzeige. — Verzeichniss der im J. 1863 für die Sammlungen der kgl. bot. Gesellschaft eingegangenen Beiträge.

W. Nylander: Lichenes quidam scandinavici novi.

1. *Lecanora vitellinula* Nyl. — Similis *pyraceae*, sed apotheciis vitellinis (saepius sat confertis) et thallo (obsoleto vel tenuissimo) subindeterminato vel vix determinato, flavescente (vitellino-flavescente). Sporae longit. circiter 0,011 millim., crassit. 0,0045—0,0065 millim. — Ad alnos in Lapponia orientali (N. J. Fellman). Differt „*Callopisma vitellinellum*" Mudd. jam margine apotheciorum majorum thallino subcrenulato.

2. *Lecanora diphyes* Nyl. — Similis fere *Lecideae parasemae (latypeae)* Ach., sed sporae fere sicut in *Lecanora phlogina* (incolores ellipsoideae loculo apice utroque praeditae, interdum tubulo jungente, 0,019—15 millim. longae, 0,005—7 millim. crassae), Gelatina hymenea et thecae iodo intense coerulescentes. — Ad saxa in Lapponia orientali (N. J. Fellman). Species maxime paradoxa et singularis, licet ad faciem externam parum notabilis [1]).

1) Apotheciis lecideinis distat a genere *Lecanora*, sed hymenio convenit cum stirpe *Lecanorae cerinae*. Thallo et spermatiis et habitu convenit cum *Lecidea parasema*. Est stirpis propriae inter stirpem *Lecanorae disparatae* Nyl. (Thalloid. lecanorini Anz.) et stirpem *Lecanorae sophodis*. Spermogonia incoloria. Paraphyses apice nigricanti-clavatae; hypothecium incolor vel subincolor. Nulla species satius quam haecce ostendit, quomodo confluunt omnino *Lecideae* et *Lecanorae*, tamquam pluries in scriptis meis indicavi; atque jam ea re absurditas Massalongianismi manifeste demonstrari videtur.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05978-0307-5

3. *Lecanora albolutea* Nyl. — Thallus albus tenuis effusus vel evanescens; apothecia ochraceolutea mediocria (latit. 1—2 millim.) plana immarginata vel margine epithallino albo saepe praedita (vel receptaculo toto ita albo), saepe inaequalia et conflexa, intus alba; sporae (ut in *Lecanora fulvolutea*) longit. 0,014—18, crassit. 0,007—8 millim. — Supra muscos pulvinatos in Lapponia orientali eam in insulis Maris Albi legit G. Selin.

4. *Lecidea incolorella* Nyl. — Thallus tenuis virescens effusus *(Gloeocapsa instrutus)*; apothecia albohyalina minuta (lat. 0,3—0,04 millim.) planiuscula; sporae ellipsoideae simplices (aut obsolete tenuiter 1-septatae), longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,0045 millim., paraphyses mediocres pauci-articulatae, apice quoque et hypothecia incoloribus. Gelatina hymenea iodo vinose rubens. — Ad lignum abiegnum putridum prope Helsingfors. Paraphyses crassiores et articulatae eam separare videntur a *Lecidea lutea*.

5. *Lecidea Kolaënsis* Nyl. — Facie externa fere ut in *L. euphoroide*, thallo albo areolato-granulato; apotheciis nigris (raro pro parte pallescentibus), intus albidis, sat confertis; sporae oblongae simplices, long. 0,011—0,021 millim., crassit. 0,004—0,0045 millim., paraphyses haud discretae, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo coerulescens, dein vinose rubescens. — Ad ligna in Lapponia orientali, prope Kolam, legit N. J. Fellman. Etiam saxicola ibidem ad Mare Glaciale; interdum ecrustacea ad lapillos calcareos. Accedit ad *Lecideam turgidulam* Fr. — Forma *dolosula* Nyl. ecrustacea, facie fere *Lecideae anomalae* (apotheciis nigris vel rarius pallescentibus in eodem specimine), sporis simplicibus longit. 0,014—18 millim., crassit. 0,0045 millim., paraphyses non discretae; gelatina hymenea iodo coerulescens, deinde obscure vinose rubens vel violacee tincta. Ad ligna prope Kolam (Fellman).

7. *Lecidea discoidella* Nyl. — Affinis *Lecideae globulosae* Flk., sed apotheciis fusconigris vel subnigris paullo majoribus (latit. 0,5—0,6 millim.), planis, marginatis, intus albidis; sporae 8nae oblongae vel fusiformi-ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,009—0,0011 millim., crassit. 0,004 millim., paraphyses haud discretae. Gelatina hymenea iodo coerulescens, deinde obscurata. — Ad ramulos denudatos prope Kolam in Lapponia orientali (Fellman).

7. *Lecidea boreella* Nyl. — Thallus cinerascens vel cinereo-virescens tenuissimus subeffusus inaequalis, continuus vel obso-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05978-0308-1

letus; apothecia nigra (vel fusconigra) convexula minuta (latit. circiter 0,3 millim.), intus obscura; sporae 16nae sphaeroideae, diam. circiter 0,005 millim., paraphyses non discretae, hypothecium dilute luteo-fuscescens vel sordide lutescens (lamina tenui visum). — Supra terram sabuloso-humosam ad Kolam (P. A. Karsten). Affinis *Lecideae improvisae*, et paraphyses similiter tubulis modo indicatae. Gelatina hymenea iodo vinose rubens (praecedente passim coerulescentia obsoleta). Thallus Protococco, ut videtur, immixtus [1]).

W. Nylander: Circa germinationem Agarici campestris L.

Mox dicam, me de sporarum fungi illius edulis germinatione nihil compertum habere, tamen per menses plures et modis variis earum culturam tentavi (in calidariis, in cellis, substrato variato, potissime stercore equino adhibito), at numquam ne initium quidem manifestum germinationis certae vidi. Neque in libris mycologicis aliquid inveni de ea re [2]). Observatum autem simul fuit, lamellas hymeneas *Agarici campestris* sporiferas et aquam, in qua lavata fuerunt specimina pro cibo apparata, diffusas in locis, ubi saepe sponte obvenit haecce species, numquam eum fungum proferre; neque igitur sporae ita in solo naturali dispersae germinare videntur. Etiamsi putetur, incubationem earum perlongam esse, hocce parum juvat, nam sub serie multorum annorum sic sporae in iisdem locis frustra disseminatae fuerunt nec fungos ullos protulerunt.

Quomodo tum species illa agaricina et analogae species sporarum ope generantur? Apud *Coprinos* quoque nonnullos vidi in

1) De *Lecidea gyrizante* Nyl. Lich. Scandin. p. 231 animadvertatur, me eam optimam legisse ad Holmiam apotheciis rite evolutis (gyrosis), sporis longit. circiter 0,011 millim., crass. 0,007—8 millim., hypothecium fuscum, paraphyses non discretae. Gelatina hymenea iodo vinose rubescens. Graniticola. — *Lecidea urceolata* Th. Fr. Arct. dicere liceat *Lecideam societlam*, nam nomen „urceolata" jam ab Acharlo datum est alii; etiam in Lapponia orientali adest.

2) Culturae experimenta ope sulphatis calcici et nitratis kalici a D. Labourdette laudata (Compt. rend. Acad. scienc. 1861, p. 235 et 671) nullam mereri fidem, Parisiis bene jam constat. A cl. Triana comperi, fungos giganteos Labourdetteanos (quibus nonnihil fabulosi haud deest) sponte et fortuito ortos fuisse nic methodo ullo culturae peculiari.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05978-0309-9

letus; apothecia nigra (vel fusconigra) convexula minuta (latit. circiter 0,3 millim.), intus obscura; sporae 16nae sphaeroideae, diam. circiter 0,005 millim., paraphyses non discretae, hypothecium dilute luteo-fuscescens vel sordide lutescens (lamina tenui visum). — Supra terram sabuloso-humosam ad Kolam (P. A. Karsten). Affinis *Lecideae improvisae*, et paraphyses similiter tubulis modo indicatae. Gelatina hymenea iodo vinose rubens (praecedente passim coerulescentia obsoleta). Thallus Protococco, ut videtur, immixtus [1]).

W. Nylander: Circa germinationem Agarici campestris L.

Mox dicam, me de sporarum fungi illius edulis germinatione nihil compertum habere, tamen per menses plures et modis variis earum culturam tentavi (in calidariis, in cellis, substrato variato, potissime stercore equino adhibito), at numquam ne initium quidem manifestum germinationis certae vidi. Neque in libris mycologicis aliquid inveni de ea re [2]). Observatum autem simul fuit, lamellas hymeneas *Agarici campestris* sporiferas et aquam, in qua lavata fuerunt specimina pro cibo apparata, diffusas in locis, ubi saepe sponte obvenit haecce species, numquam eum fungum proferre; neque igitur sporae ita in solo naturali dispersae germinare videntur. Etiamsi putetur, incubationem earum perlongam esse, hocce parum juvat, nam sub serie multorum annorum sic sporae in iisdem locis frustra disseminatae fuerunt nec fungos ullos protulerunt.

Quomodo tum species illa agaricina et analogae species sporarum ope generantur? Apud *Coprinos* quoque nonnullos vidi in

1) De *Lecidea gyrizante* Nyl. Lich. Scandin. p. 231 animadvertatur, me eam optimam legisse ad Holmiam apotheciis rite evolutis (gyrosis), sporis longit. circiter 0,011 millim., crass. 0,007—8 millim., hypothecium fuscum, paraphyses non discretae. Gelatina hymenea iodo vinose rubescens. Graniticola. — *Lecidea urceolata* Th. Fr. Arct. dicere liceat *Lecideam societlam*, nam nomen „urceolata" jam ab Acharlo datum est alii; etiam in Lapponia orientali adest.

2) Culturae experimenta ope sulphatis calcici et nitratis kalici a D. Labourdette laudata (Compt. rend. Acad. scienc. 1861, p. 235 et 671) nullam mereri fidem, Parisiis bene jam constat. A cl. Triana comperi, fungos giganteos Labourdetteanos (quibus nonnihil fabulosi haud deest) sponte et fortuito ortos fuisse nic methodo ullo culturae peculiari.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05978-0309-9

materia nigra et pileis deliquescentibus orta, supra substratum remanente, haud germinare, quum eas sporas usque plures hebdomades post deliquescentiam examinaverim.

Maximi interest jam culturae fungorum, ut rite cognita fiant omnia momenta physiologiae eorum; alioquin processus naturales bene imitari et explicari haud possunt. Admodum igitur optandum est, ut in hoc capite observationes attententae et accuratae instituantur, nam de alimento praestantissimo et hucusque nimis parco agitur, cultura faciliore reddita simili forte olim abundantia colere licet ac hodie plantas plurimas culinarias, in veris agris funginis.

Hac occasione in memoriam revocare fas sit, clarissimum Coemans inventum magni ponderis physiologicum fecisse, sporas *Pilobolorum* cum herbis, quibus disseminatae adglutinantur, devoratas, in intestina vaccarum receptas germinantes inveni in stercore recenti. Necessarium quidem videtur, ut sporae fungorum stationibus analogis nascentium via tali intestinali praeparentur, neque aliter germinabiles sintve l facultatem germinativum obtineant, ut mycelium oriatur. Subsimile ita aliquid hic observetur ac in speciebus nonnullis generis *Oestri* (inter Diptera), ubi evolutionis momentum primum vel studium larvae in intestinis animalis cujusdam peragitur. Saltem observationes negativae, quas attuli, credere suadent, sporas *Agarici campestris* germinationem nullam offerre, si eas disseminare tentamus. Sed antiquitus constat, eum fungum vel mycelium ejusdem sponte in stercore ex. gr. equino provenire. Experimento facili, sed maximi ponderis, probare et demonstrare liceret (ex. gr. vaccis vel equis cum pabulo lamellas *Agarici* illius praebendo), anne hic vere germinatio talis intra-intestinalis adsit et characterem physiologicum constantem vel praecipuum sporarum earum efficiat.

Heil- und Nahrungsmittel, Farbstoffe, Nutz- und Hausgeräthe welche die Ost-Romanen, — Moldauer und Walachen — aus dem Pflanzenreiche gewinnen. Mitgetheilt von Obriststabsarzt Dr. Ritter Jacob von Czihak und Dr. J. Szabo, Secundarius im Hospitale St. Spiridion in Jassy.

(Schluss.)

Equisetum arvense Schreb. Schachtelhalm. rom. Koada Kalului Pferdeschweif. — An sandigen Ufern und in sumpfigen

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05978-0310-0

3. *Sphaeria sorbina* Nyl. — Similis *Sph. spermoidi* Hffm. sed sporis majoribus (oblongis vel oblongo-cylindraceis simplicibus, longit. 0,032—48 millim., crassit. 0,007—9 millim.), paraphysibus sat confertis teneris (crassit. circiter 0,0025 millim.) — Ad ramos *Sorbi aucupariae* prope Helsingfors [1]), fine mensis Martii 1863, sub epidermide et circa stroma *Sphaeriae Sorbi* Schmidt. diffusum (interdum latitudine pollicari et ultra). Sporae omnino sicut in *Sph. ovina* Pers. (Curr. Sphaer. in Linn. Trans. 1859. t. 57, f. 16), saepe quasi vacuolo (ut dicunt) vesiculoso medio. Perithecium fusconigrum vel nigrum, interdum in statu vivo olivaceo-nigricans. Subiculum concolor nigricans tenue aut obsoletum. In *Sph. spermoide* Hoffm. affini sporae longit. 0,020—30 millim., crassit. 0,0045—0,0065 millim., haud raro quasi spurie 1-septatae.

4. *Sphaeria dacrymycella* Nyl. (Nectria.) — Apothecia (perithecia) aurantiaco-lutea subtremelloidea minuta (latit. circiter 0,2 mill. vel pauxillum ultra) hemisphaerica prominula, apice depressiuscula; sporae 8nae fusiformes, tenuiter 1-septatae, longit. 0,016—18 millim., crassit. 0,004—5 millim., paraphyses propriae nullae. — Ad caules Urticae in Tavastia Finlandiae (P. A. Karsten). Non confundatur cum *Peziza fusarioide* Brk., quae epithecium habet discoideum (est Discomyces) depressum, thalamium paraphysibus praeditum (datur in Desmaz. Cr. Fr. N°. 1063); sporae ambabus sat similes. Apothecia juvenilia *dacrymycellae* omnino innata, deinde denudata.

Corrigenda.

Pag. 307 letzte Zeile steht „nic" statt nec, „ullo" statt ulla
„ 308 Zeile 1 steht „et" statt e.
„ „ „ 19 steht „germinativum" statt germinativam.
„ „ „ 21 steht „studium" statt stadium.

1) Notandum est *Sphaeriam Laburni* Pers. in Finlandia meridionali sat frequenter mense Novembri et ineunte vere inveni ad ramulos dejectos *Sorbi aucupariae*. Sporae ei fuscescentes 5—7-septatae (et aliquoties longitudinaliter divisae), longit. 0,023—0,034 millim., crassit. 0,010—14 millim.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05978-0324-9

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1863

Band/Volume: 46

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Lichenes quidam scandinavici novi 305-308